Tractatus cōpoſitus p Reuerendū magiſtrū noſtrū Magiſtrū Johannē de fabrica ordinis fratrū minorū ſacre pagine pfeſſorē famoſiſſimū Pariſius in pfati ordinis ſcola regentē ſup declaracō ne Indulgentiarū cōceſſarū p animabꝫ in purgatorio·

Suppoſito ꝙ ppa aut ſanctus eligit᷑ aut pmocōne clarus efficitur
Symmachus ppa di·xl·c·nō nos· Et etiā ꝙ vicarius petri vel meliꝰ
xpi nō defacili debꝫ de eo haberi pſūptio mali·eadem di·c·eodē· Et ꝙ
ex ipo dependet ſalus oim Jo· Criſoſto·e·di·c·ſi ppa· Et ꝙ a nemine iudican
dus eſt niſi a fide errauerit eadē di·xl·ct·c·eodē ſi ppa· Et ꝙ cāꝫ de ppa terminā
dā deus ſuo iudicio reſeruauerit nō in caſu erroris·eo·c· Et ꝙ debꝫ reputari ſta
tutū ppe ac ſi ab ore dei vel beati petri eſſet platū Agato ppa di·xix·c·ſic oēs
nec licet alicui de eiꝰ iudicio iudicare ſiue diſputare Nicolaus papa·x vij·
di·iiij·c·nemini·Et ꝙ eſt approbādū vel reprobādū qđ papa approbat vel
reprobat Nicolaus ppa di·xix·c·ſi romanoꝝ·Nec reſiſtendū pceptis apli
cis dura ſupbia Greg·di·xij·c·pceptis·et ꝙ maiores cauſe ꝛ difficiliores ſūt
ad papā referende Pelagius di·xvij·c·multis· Et ꝙ portandū eſt illud qđ
papa pcipit licet videat᷑ vix tolerabile·di·xix·c· In memoriā·et ꝙ habꝫ ius
celeſtis ꝛ terreni imperij di·xxij·c·oēs·xij·xvij·xix·xxij·xl·xvij·q·iiij·c·ſi qs
ſuadente· Queritur vtrū ſi papa aliqua ſuffragia p defunctis in purgato
rio exiſtētibꝫ ordinauerit·valeāt ad liberationē aīarū penis totaliter expi
andarū uel ptialiter· Et videt᷑ ꝙ nō·dicit᷑ eīn in euāgelio Quodcūqꝫ ligaue
ritis ſup terrā erit ꝛc̄·g nō pt ligare ꝛ ſoluē niſi exiſtētes ſup terrā tales nō
ſūt aīe in purgatorio· In oppoſitū arguit᷑ qđ ſtatutū eſt a papa debꝫ reputa
ri ac ſi ore beati petri eſſet platū di·xix·c·ſic oēs·ſꝫ ſi ore petri tale eſſet pla
tū nullus dubitaret·g nec mō·Pro dicte queſtionis elucidacōne tria ſūt vi
denda· Primū quibꝫ modis tā viuis qꝫ defunctis exiſtentibꝫ in purgatorio
papa poſſit ſuffragari· Scōm an p modū auctis poſſit tales liberare· Terciū
an de facto eis ſuffraget᷑· Circa pmū eſt pmo notādū ꝙ theſaurus eccleſie
pprie reſpicit penā tpalē·ideo oportet ꝙ acquirat᷑ ſiue cumulet᷑ ex penis tpa
libꝫ loquēdo pprie· Vnde richardus de media villa in·iiij·di·xx·q·iij· ar·p·
Indulgētie ſi dātur ab eo q pt eas dare et ex racōnabili cā ſcꝫ p neceſſitate
eccīe valēt diſpoſitis facientibꝫ illud qđ ꝯtinetur in forma indulgentiarū·p
eas eīn remittitur aliqua portio pene· ſi ſupple non ſint pleniſſime·qre ſi ſint
pleniſſime tota remittit᷑·Quō tantū valēt quantū ſonant· Vnde Job·xiij·
Nūquid deus indiget nro mēdacio qſi dicat non·igit᷑ p quacūqꝫ vtilitate
nō debꝫ hō mētiri g tantū valēt indulgētie quātū eccīa dicit eas valē·Non
eīn exiſtimandū eſt ſūmū pōtificē velle mētiri· Vnde Nicolaus papa ſcribit
archiepīs ꝛ epīs p gallias ꝯſtitutis· Si romanoꝝ pōtificū decreto ceteroꝝ
opuſcula tractatoꝝ reprobātur uel approbātur ita ut ꝙ ſedes aplica
pbauit hodie teneatur acceptū·et ꝙ illa repulit hactenꝰ inefficax habeat᷑
quāto potius q ipa p catholica fide· p ſanis dogmatibꝫ p varijs et multi
pharijs eccīe neceſſitatibꝫ ꝛ fideliū moribꝫ diuerſo tpe ſcripſit omni debent

H* 6876

XV.F.1059,4

honōre pferri et ab omnibꝫ prorſus in quibuſlibet oportunitatibꝫ diſcrecōne
vel diſpenſacōne mḡra reuerēter aſſumi. et hoc in decretis habet̃ di. xix. c. ſi rō
manoꝝ pontificū. Et ſequit̃ in richardo loco quo ſup̃ Indulgētie exiſtētibꝫ
in purgatorio ꝓſūt indirecte inquātū exiſtētes in hac vita faciūt ꝓ eis il-
lud qđ cōtinet̃ in forma indulgētiarū et maxime ſi detur indulgētia ſb̄ hac
forma Quicūqꝫ fecerit ħ uel illđ ſiue ꝓ ſe uel ꝓ patre ſuo defuncto uel alia
pſona in purgatorio exiſtente damus tot dies indulgētiarū ¶ Scđo no-
tandū q̄ theſaurus eccīe licet ꝓpriiſſime reſpiciat penas tp̄ales ſanctoꝝ ꝛ
ſanctarū tñ nō excludit opa alia meritoria. Poteſt igitur theſaurus eccīe
ſic diffiniri ad ſilitudinē magni theſauri in tp̄alibꝫ. Theſaurus eccleſie eſt cu
mulus oīm meritoꝝ xp̄i ꝛ penalīū alioꝝ. virginis glōſe. martirū. cōfeſſoꝝ.
virginū. in cōſpectu dei acceptantis in mitigationē. i. relaxationē ptialē uel
totalē penarū in purgatorio portandarū. dn̄o pape cōmēdatus. ab eo diſpē
ſandus plenarie uel cū limitacōne ut ſibi ꝓ tā certis cauſis iuſtis ꝛ racō-
nabilibꝫ placuerit. Circa tñ hāc deſcriptionē ſūt aliq̄ dubia Primū cū quili-
bet ſcōꝝ plus recepit q̄ꝫ meruerit q̄d remanet de merito in theſauro. Ad qđ
videt̃ dicendū cū diſtinctione loquēdo de meritis. Et p̄mo de merito xp̄i. in
merito xp̄i ſūt multa cōſiderāda. Primo xp̄m meruiſſe pt intelligi dupliciť
vel ſibi uel aliis. ſi ſibi vel gratiā uel glāꝫ aīe et hoc nō. qm̄ hoc habuit ab in-
ſtanti ſue ꝯceptionis. vel meruit ſibi amotionē. uel mitigationē penarū eidē
debitaꝝ. et ħ nō q̄ talis pena nō intelligitur niſi rōne pcc̄i. pcc̄m em̄ nullū
fecit nec eſt inuētus dolus in ore eius. An autē ſibi meruerit glorificationē.
corpis dotes ꝛ c̄. de ħ alias. xp̄m igit̃ meruiſſe debet intelligi ꝓ e nobis. Et
quātū ad p̄ns dico q̄ xp̄s nobis meruit tria p̄ncipaliter. Primo recōcilia-
tionē ḡnis hūani. Scđo aptionē ianue. Tercio liberacōnē penaꝝ totalē uel
ptialē. mitigationē. i. abbreuiationē in purgatorio deferendaꝝ. ꝓ p̄mo et
ſcđo Anſel. Cur deus hō. c. xvi. tale exemplū eſt q̄ multi offenderūt vnū re
gem et ꝓ offenſa ſūt exulati. venit vnus innocēs de ſanguine eoꝝ et ꝓmit
tit facere vnū opus ꝓ rege uel aliqđ placitū ei. certo die ſtatuto ut rex re
mittat eis offenſam et recōcilietur eis Rex acceptādo ſeruitiū ꝓmiſſum re
mittit offenſam. Et ſi aliq̄s eoꝝ poſtea delinquat ſi ſatiſfacē et penitere vo
luerit ꝓmittit ei q̄ iterū offenſam illā remittet ꝓteſtando tamē q̄ nullus
eoꝝ ingrediet̃ palaciū ſuū quouſqꝫ ſeruitiū qđ alius ꝓmiſit ſe facturum
impleatur Sic ħ paſſio xp̄i hominis innocentis p̄uiſa ab eterno exhibenda
in tēpore certo fuit multū accepta trinitati et ꝓ illa oībꝫ credentibꝫ in illū
¶ Tempore certo remiſit offenſam cōtractā ex adā et etiā illā quā poſt cō-
miſerūt et dedit gratiā quā p̄us amiſerūt ſi penitere vellēt. tamē nō accepta
uit illā intantū ut aliq̄s ingrederetur palaciū ſuū eternū anteq̄ꝫ paſſio ex-
hiberetur in effectu. Iſto mō remiſit patribꝫ offenſam. ſꝫ nullus ē ingreſſus
palaciū ante paſſionē exhibitā. Iſta parabola anſelmi quā recitat Scotus
. iii. ſentē. circa di. xix. patꝫ de recōciliacōne et aptione ianue. Terciū patet
eccleſia hoc aſſerit. ergo eſt verū. an̄cedens eſt notū. ꝯſeq̄ntia tenet p illud
Luce. xxii. Petre rogaui ꝓ te ut nō deficiat fides tua. Scđo ꝓbatur p illud

agatonis pape ſcriptū oībꝫ ep̄is ſic. oēs ap̄lice ſedis ſanctiones accipiē
de ſūt tanq̄ꝫ ipius beati petri ap̄li diuina voce firmate. ut ponit̃ in decretis di.
. xix. c. ſic oēs ¶ Viſo igit̃ q̄d theſaurus et vnde q̄ ex meritis xp̄i p̄ncipa-
liter ceteroꝝūqꝫ dictoꝝ beatoꝝ R̄ndetur ad dubiū. plus receperūt beati q̄ꝫ
meruerūt. nō loquendo de merito xp̄i diſtinguo vel intēſiue vel extēſiue. Si
intēſiue cōceditur. et ſic debet intelligi q̄ p̄miū beatoꝝ eſt pfectior et excellē
tior entitas q̄ꝫ meritū. Si extēſiue dico q̄ nō qm̄ meritū eoꝝ nō tantū ſe ex-
tendit ad ſe ſꝫ etiā acceptacōne diuina ad alios. Hoc vno exemplo pt tra-
ctari Poſſibile eſt regē ꝓ vno modico ſeruitio accepto dare michi mille
ducatos. clarū eſt ducatos mille excedere ſeruitiū meū modicū ſi tamen ad
p̄ſentiā regis q̄s de cognacōne mea veniēs rogaret regē ut ſibi aliq̄d cō-
ferret. rex memor ſeruitii mei modici virtute illius ſibi aliq̄d condonaret.
ſic eſt ad ꝓpoſitū. An tñ xp̄s plus receperit q̄ꝫ meruerit patet ex dictis q̄
nec gratiā nec gloriā aīe meruerit ſeu beatitudinē de hoc alias. Quātū igit̃
ad p̄mū r̄ndetur q̄ p̄p̄a oībꝫ viuētibꝫ in hoc ſeculo diſpoſitis facientibꝫ qđ
cōtinetur in forma indulgentiarū de hm̄oi theſauro eccīe pt ſuffragari. ne pe
nas eis debitas in purgatorio patiātur. vel quātū ad totū vel quātum ad
ptem. dū tamen ꝓ racōnabili cā hm̄oi indulgentie ꝯferātur. Que cauſe ra
tionabiles ſūt iſte ſꝫm doc. defenſio fidei armis ꝯtra infideles. repationes ec-
cleſiarū vel noue edificacōnes earū. hoſpitalīū repationes et cōſimiles. Nec
debet quiſq̄ꝫ eſtimare de ſūmo pontifice quin alia racōnabili cōferat cā licet
nobis nō ſit nota. Vnde Symmachus p̄p̄a Nō nos beatū petrū ſicut dictis
a dn̄o. cū ſedis p̄uilegio vel ſucceſſoris ei᷒ peccādi licentiā iudicamus ſuſce
piſſe. ille phennē dotē meritoꝝ cū hereditate innocentie trāſmiſit ad poſte-
ros qđ illi ꝯceſſum eſt p actuū lucē ad illos ptinet quos par cōuerſacōnis
ſplendor illuminat. Quis em̄ ſanctū dubitet eſſe quē apex tāte dignitatis
attollit. in quo ſi deſunt bona adquiſita p meritū ſufficiūt q̄ a loci p̄deceſſore
teſtantur. Aut em̄ claros ad hec faſtigia erigit. aut q̄ erigūtur illuſtrat ut
ponitur in decretis di. xl. c. nō nos beatū petrū. ¶ Defunctis an ſcꝫ p̄p̄a poſſit
de hm̄oi theſauro eccleſie ſuffragari. Reſpondetur cōſimiliter q̄ ſic. ſꝫ relin-
quitur ut certū q̄ viuis p modū auctoritatis ¶ Dubitatur tñ et ꝓ ſecundo
articulo. an exiſtentibꝫ in purgatorio p modū auctoritatis. Ad qđ videtur
reſpondendū et ſꝫm opinionē Alexan. de halis. ſancti thome. bonauēture.
Richardi de media villa. venerabilis inceptoris Guil. okan. q̄ nullus debꝫ
dubitare de cōcluſione videlicet an p̄p̄a poſſit theſauros eccīe talibꝫ applica-
re. dum tamen p viuos agatur qđ cōtinetur in forma indulgentiarū. et cō-
muniter iſtud tenetur p modū ſuffragii. Probabiliter tamē michi videt̃
aliqualiter p modum autoritatis aliquibus pſuaſiuis racōnibus. Prima
Sūmus pontifex Gregorius ſꝫm Johannē damaſcenū liberauit traianum
ab inferis. nō q̄ orauit tantū. ſed q̄ ſumus pontifex. ſed inter ſūmos pon-
tifices auctoritate vnus non eſt maior altero. Item ſic Cōmuniter credi-
tur rome q̄ nūquā celebratur miſſa in eccleſia ſancti ſebaſtiani quin ani-
ma vna liberetur de purgatorio. ſed nullus dubitat q̄ nō eſt ratione miſſe

abſolute· igitur aliud· qđ intelligo auctoritatē fo͛ie ſummi pontificis· Item
legitur de beato Anthonio de padua ꝙ nūquā ſumebat corpus xp̄i niſi ha
bita reuelacōne ꝙ aliqua anima liberaretur a purgatorio· merita xp̄i ſine
cōparatione maiora ſunt et in poteſtate ſūmi pontificis· ¶ Sed dices tales
nō ſūt de iuriſdictione ſūmi pontificis· Multipliciter pt̄ reſponderi· Primo
ꝙ theſauri ſūt in poteſtate ſūmi pontificis· ideo poteſt illos applicare quibus
rationabiliter vult· dato ꝙ nō eſſent de ſua iuriſdictione· ſicut rex franco=
rum poteſt theſauros ſuos anglicis ↄferre· nō em̄ oportet illū cui datur ali
quid eē de iuriſdictōne dantis· Vel aliter ꝙ exiſtēs in purgatorio eſt di=
recte de iuriſdictōne ſūmi pontificis quātū ad penā quā patitur· Perſuade=
tur hoc ſic· Quis a ſummo pontifice excōmunicatus quācūq; ingrediatur
terrā ſemꝑ eſt ſubiectus ſūmo pontifici quātū ad abſolutionē a tali excōi=
catione· et ita ſibi ſubiectus ſicut ſi ſtaret Rome· Ad ꝓpoſitū dico ꝙ qui de
cedit purgādus a purgatorio auctate clauis ligātus ad certā penā tpalē
et abſolutus a pena eterna cōmutātis eternā in tpalem eſt in hoc de iuriſdi
ctione ligātis· dato ꝙ in ſe nō eſſet de iuriſdictione ſua· Hec poſſunt ꝑſua=
deri ꝙ ſicut viuentes in hac vita poteſt ſūmus pontifex ligare ꝛ ſoluē· bea
tos nec ligare nec ſoluere ita purgādos ſoluere nō ligare· Item legimus
petrū p̄cepiſſe demonibꝫ auctatiue et obediſſe eidem in caſu ſymonis magi·
Itē in euāgelio Dn̄e etiā demonia in noīe tuo ſubiiciūtur nobis· Itē inueni=
mus in multis bullis papā p̄cepiſſe angelis· et tamē demones ꝛ angeli mi
nus ſūt de iuriſdictōne ſūmi pontificis q̄z aīe purgande· Ad auctoritatē qđ
cūq; ligaueritis ꝛc̄· reſpondetur ꝙ illa eſt vna copulatiua ligare ꝛ abſoluē
ſimul· et ad illū ſenſū illā cōcedo· vnde dicitur qđcūq; ligaueris ſuꝑ terram
erit ligatū ꝛ in celis· et ſic cōcedo ꝙ nō pt̄ ligare ꝛ ſoluere niſi exiſtentes
ſuꝑ terrā· ſed de purgādis qui mediāt inter eccleſiā militantē ꝛ triūphan=
tem papa medio modo ſe habet ſcꝫ ad ſoluere tantū· In hac cōcluſione me
lius eſt ſtare cū dictis doctoribꝫ et poteſtatē ſūmi pontificis exaltare q̄z in=
nitendo ſiniſtre ſenſui ꝓprio qđ verū eſt impugnare·

¶ Tractatus cōpoſitus p Reuerendū magiſtrū nostrū magiſtrū Nicolaū richardi ſacre pagine ꝓfeſſorem Famoſiſſimum ſecularem ſuꝑ eadē materia indulgentiarū tūc in vniuerſitate pictauien· famoſa rectorem·

Quod autē papa indulgentiā dare ꝓ animabꝫ in purgatorio ex=
iſtentibꝫ poſſit· patet ꝑ rationē· Primo ſic iuxta magiſtrū Alexan=
drū de halis· dn̄m Bonauentu· in· iiii· Pater miſericordiarū deus
omnibꝫ p̄uidet ſm̄ ordinatiſſimā diſpoſitionē et miſericordiſſimā ſuam pie=
tatē· ſed recta ordinatio caritatis que exigit ut vnus poſſit ab alio adiuua
ri· hoc maxime exigit circa eum qui ſe iuuare nō poteſt· ſi ergo hominibꝫ in
hoc ſeculo qui indigent auxilio p̄uidit deus auxiliū per indulgentiā eccleſie
cōferendū· cū illi de purgatorio indigeāt auxilio et ſe iuuare non poſſunt·
videtur ꝙ indulgentie eis ꝓdeſſe maxime poſſunt· Pro cuius cōcluſionis

declarātionē eſt notandū cum ſancto thōma in· iiii· di· xlv· ꝙ indulgentia
alicui dupliciter ꝓdeſſe poteſt· Vno modo principaliter· alio modo ſecūda
rio· Principaliter quidē poteſt ꝓdeſſe ei qui indulgentiam accipit· ſcꝫ qui
facit hoc ꝓ quo datur indulgētia· ut qui viſitat limina alicuius ſancti· vn̄
cū mortui non poſſint facere aliqđ eoꝝ pro quibꝫ indulgentie dantur· eis
indulgentie directe valere nō poſſunt· Secūdario autem ꝓſunt ei ꝓ quo
aliquis facit illud qđ eſt indulgentie cauſa· qđ qn̄q; cōtingere poteſt· qn̄q;
autē nō cōtingit ſm̄ diuerſam indulgentiā· Si em̄ ſit talis indulgentie for=
ma· Quicūq; facit hoc vel illud habebit tantū de indulgentia· Ille qui hoc
facit nō poteſt fructū indulgentie in aliū trāſferre· q̄c eius nō eſt applicare
ad aliquē intentionē eccleſie ꝑ quā cōmunicātur cōmunia ſuffragia ex qui
bus indulgentie valent· Si autē indulgētia ſub hac forma fiat Quicūq; fa
cit hoc vel illud ipſe et pater eius et quicūq; alius ei adiūctus in purgato=
rio detentus tantū de indulgentia habebit· talis indulgentia nō ſolū viuo
ſed etiā mortuo ꝓderit· Nō em̄ eſt aliqua ratio quare etiā papa poſſit trāſ=
ferre merita cōmunia quibꝫ indulgentie innituntur in viuos et nō in mor=
tuos· Hec ſanctus thomas· Ex quibꝫ verbis manifeſte patet ꝙ mō p̄dicto
indulgentie ꝓdeſſe poſſunt exiſtentibꝫ in purgatorio ſi forma indulgentie
ex intentione dantis hoc cōtineat· Dicimus notāter ex intentione dantis·
quoniā ut inquit dn̄s petrus de palude· ꝙ quidā dicūt licet ex intentione
facientis illud ꝓ quo indulgentia data eſt· poſſit trāſferri in illū qui eſt in
purgatorio nō eſt verū· niſi forma cōcedentis hoc cōtineat· quoniā ſic non
extenditur vltra qualitatē nō expꝛeſſam· nec ſic ꝑſonā trāſgreditur· ſed ſunt
indulgentie ſtricti iuris· Sed intentio diſpenſantis hoc facere poteſt· quia
ſicut bona viuoꝝ eis cōmunicantur ſic et theſaurus mortuorū· Cū Innocen
tius papa in· c· ꝙ autē· de pe· et re· dicere videatur ꝙ ſolius pape indulgen
tia valere poſſit defunctis· Cōcordant in cōcluſione poſita dn̄s Albertus et
dn̄s Bonauentura dicentes ꝙ ſi quis vellet crucē ꝓ patre mortuo aſſume=
re nō eſt aliqualiter negandū ꝙ ſi volūtas ſūmi pontificis ſit quin indulgē
tia illi ꝓſit· Hec in ſū· dn̄i bonauen· et ſubiūgit ꝙ magnas gratias debe=
mus agere xp̄o qui talem poteſtatē dedit hominibꝫ· Item ꝓbatur ſic Si ali
quis exiſtens in gratia in hoc mūdo applicet meritū ſue operacōnis ad ali=
quē defunctū· quaſi diceret O deus volo ꝙ premiū qđ deberem habere ꝓ ope
ratione quā facio· habeat pater meus defunctus vel mater mea· tūc enim re
mittetur de pena illius defuncti qui eſt in purgatorio· quantū remitteretur
operanti de pena ꝓ ſuis peccatis debita· hoc tenet eccleſia· Nō enim ſuffragia
ſaltē ꝑ modū meriti aliter ꝓdeſſe poſſunt defunctis· Sic igitur viuus me=
ritū ſui operis poteſt applicare defunctis· vt eorū pena remittatur in pte vel
in toto ſm̄ extenſionē ſui meriti et ꝑ portionē ad penam defuncti in quo vult
dictū meritū applicari· Nec eſt aliqua ratio quare papa magis poterit da
re indulgentiā quo ad partem q̄z ad totalē penam· cum theſaurus ſibi cōmiſ
ſus de quo ſoluit et offert deo offenſo ꝓ anima illius vel talis defuncti ſit

infinitus et pena purgatorij ſit finita Immo deus plus habet penam paſſionis xpi acceptã que ꝓ tali anima exiſtenti in purgatorio offertur ꝙ ſi dicta anima pateretur quare cũ xpus ꝓ tali paſſus fuerit nedum ſit ſatiſfactio deo offenſo de equiualenti immo de excellẽti ſcʒ de merito paſſionis ſui filij. Itẽ caritas eſt cauſa et pñcipium cõmunicandi ſpiritualia. ſed illi qui ſũt in purgatorio deceſſerũt in caritate quare ſũt diſpoſiti ad ſuſceptionem beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ. Cũ igitur theſaurus eccleſie ſit ſpiritualis papa poterit illis ipm diſtribuere. Item in corpore humano eſt ſtomachus qui cibũ quem ab extra ſuſcipit ceteris mẽbris indigentibus diſtribuit. ſic ſcʒ corpore miſtico. qđ corpus nichil aliud eſt ꝙ cõgregatio omniũ exiſtentiũ in caritate. cuius corporis xpus eſt caput. et papa ſe habet hic in terris ut ſtomachus qui recipit aliunde cibum. ſcʒ merita paſſionis xpi. merita eccleſie. et merita ſupererogacõis ſanctoꝝ et ſanctarũ. et xpus dedit ſibi poteſtatem illa diſpenſandi. poteſt igitur papa dictũ cibũ ſcʒ dicta merita omnibʒ ſuis mẽbris indigentibʒ mittere ⁊ cõicare. ſʒ exiſtentes in purgatorio q̃ deceſſerũt in caritate ſũt mẽbra dicti corpis et ſunt indigentia cõicationis dicti theſauri. ideo pp̃a pt illis dictũ theſaurũ cõicare. qđ eſt illis indulgentias facere. Itẽ ſi in aliqua ciuitate ſint hoĩes incarcerati et obligati a rege ad ſtandũ in carceribʒ duobʒ ãnis ꝓ debito centũ ſcutoꝝ. nũquid ſicut frater vel amicus ſoluens centũ ſcuta ꝓ vno illoꝝ liberabit ipm a carceribʒ. Ita etiã habens theſaurum caritatis cõſiderans ꝙ liberatio alterius cedet ad ꝓfectum et laudem cõmunitatis. et etiã ꝙ bene ſeruiuit cõmunitati et ꝓ ea pugnauit poterit de theſauro cõmunitatis ſoluere centũ ꝓ eo et liberare ipm a carceribʒ. Certe ſic. Ita eſt de exiſtentibʒ in purgatorio ꝙ papa cõſiderãs ꝙ pecunia tradita ꝓ defunctis eſt ꝓ reparatione eccleſie que reparatio cedit ad honorẽ dei et ſanctoꝝ qui ibidem honorantur. et ꝙ mortui ſũt veri milites xpi qui in fide ſue paſſionis in caritate deceſſerunt. poteſt dictis exiſtentibʒ in purgatorio theſaurũ eccĩe diſtribuere. et illoꝝ penas ſoluere. Et hoc eſt indulgentias illis facere. Item ſicut hij qui ſũt extra palaciũ terrenũ volentes intrare indigent auxilio hoſtiarij vel habentis clauẽ que poſſit illis hoſtium aperire ut intrent ſic exiſtentes in purgatorio ſũt extra palaciũ regni celeſtis et retardantur ab ingreſſu ꝓpter penas ad quas ſuſtinendas ſunt obligati. quare indigent auxilio eius qui habet claues et poteſt aperire et remouere tale impedimentũ. ſed pape data eſt clauis regni celoꝝ. patet p illud qđ dicitur Mathei. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Vbi Criſoſto. dicit homini mortali celi et terre et omnibʒ que in eis ſunt poteſtatem cõmiſit deus et eccleſiã validiorẽ celo demonſtrauit. Item ſup illo canticoꝝ. vi. Vna eſt colũba mea vna eſt eccleſia eoꝝ qui viuũt et qui in purgatorio ſunt. ergo papa habet claues viuentiũ et mortuoꝝ. ergo poteſt aperire remouendo impedimentum. ſed hoc ſit ꝑſoluendo penas illoꝝ de theſauro eccleſie et hoc eſt facere indulgentias. igitur indulgentie poſſunt ꝓdeſſe defunctis.

¶ Sed tu poſſes dicere ꝙ non. quia xpus nõ dedit poteſtatem petro et ſuis ſucceſſoribus ligãdi et ſoluendi niſi illos qui ſũt ſup terrã. qđ patet p illud qđ dicitur Mathei. xvj. Quodcũqʒ liga. ſup terrã erit liga. et in cel. et qđcũqʒ ſolueris ſup ter. erit ſolu. et in cel. Dicitur ꝙ licet exiſtentes in purgatorio nõ ſint ſup terrã ꝓ nũc. tamen cũ meruerũt ut cõmunicatio theſauri eccleſie ſibi ꝓdeſſe poſſet erãt ſup terrã. Et ideo licet ſimpliciter nõ ſint ſup terrã ſũt tamen ſup terrã ratione meriti quo meruerũt ut poſt mortẽ p indulgentias iuuari poſſent. Sũt etiã qđammodo ſup terrã. ut dicit de Turre cremata. q̃ ſicut hij qui ſũt ſup terrã ſũt in via et nõ in termino. ita et exiſtentes in purgatorio ſũt in via et in tranſitu ad patriã quantũ ad emũdationẽ ſue pene q̃ mũdantur. licet ſint in termino quantũ ad cõfirmationẽ. q̃ peccare amplius nõ poſſunt. Vel dicendum ꝙ illud qđcũqʒ ſolueris ⁊c̃. intelligitur Quodcũqʒ ſolueris ſup terram p modũ auctoritatis. ſʒ nõ p modũ ſuffragij. q̃ licet non poſſit ſoluere p modũ auctoritatis niſi exiſtentes ſup terram. poteſt tamen ſoluere p modũ ſuffragij tam exiſtentes ſup terrã ꝙ exiſtentes in purgatorio. Nõ enim poteſt ſoluere aliquos p modũ auctoritatis niſi habeat iuriſdictionẽ ſup eos. ſed bene poteſt cõmunicare aliquibus ſup quibus non habet iuriſdictionem theſaurum et hoc eſt eis ſuffragari. Et ſic papa poteſt ſoluere exiſtentes in purgatorio p modũ ſuffragij. Vnde nota ꝙ iſta ꝓpoſitio qđcũqʒ tu ſolueris ſup terram habet duplicem ſenſũ ſecundũ ꝙ illa additio ſup terram poteſt determinare illud pronomen tu vel ly quodcũqʒ. Si determinet ꝓnomen tu tũc eſt ſenſus quodcũqʒ tu petre exiſtens vicarius meus ſup terram ſolueris. illud reputabo ⁊ acceptabo ſolutũ in celis. Et ſic vera ꝓpoſitio ꝙ papa ſoluit animas a purgatorio ipſo exiſtente vicario xpi ſuper terram. ſicut etiam ſoluit viuos. Si ly ſuper terram determinet ly quodcũqʒ tunc eſt ſenſus quodcũqʒ ſolubile exiſtens ſuper terram tu ſolueris illud eſt ſolutum in celo. Et ſimiliter eſt vera ꝓpoſitio ꝙ papa ſoluit animas a purgatorio exiſtentes ſuper terrã quo ad meritũ et quo ad ſuffragia. nam ſup terrã eſſe dicũtur quo ad ſuffragia eccleſie. et eis cõmunicare poſſunt ſicut viuis. Etiã ſunt ſuper terrã quo ad hoc quia meruerũt quãdo deceſſerunt in caritate ut illis indulgentie et cetera ſuffragia applicari poſſent.

¶ Item dicũtur eſſe ſup terrã et ſũt realiter. quia ſũt de eccleſia militante et nõ triũphante Item purgatoriũ eſt in terra. et etiam multi doctores tenent ꝙ anime in purgatorio exiſtentes dicuntur dare penam vbi cõmiſere delictũ. et hoc videmus aliquotiens quomodo ſpiritus poſt mortem ſiue anime apparent ſuis amicis implorantes ſuffragia eccleſie. Si dicatur ꝙ papa non poteſt illos ligare. ergo neqʒ ſoluere. Reſpondetur dupliciter. Primo ꝙ non ſequitur q̃ cum ipſi viuerent nõ meruerũt ut ligarẽtur ſiue ut ligari poſſent poſt mortẽ. ſʒ bene meruerũt dũ viuerẽt ut iuuari et ſolui poſſent poſt mortẽ. vel dr̃ ꝙ tũc nõ eſt tẽpus ligãdi. ſʒ bene ſoluẽdi. Et ſi dicatur ipſi non ſunt de foro pape.

Reſpõdet bonauē. ꝙ licet quãtū ad ſtatū pſentē nõ ſint de foro eccleſie. tamen bene racõne meriti quo meruerũt ut iuuari poſſent. vel dicitur ꝙ licet nõ ſint de foro iuſticie ipius pape et eccleſie. ſũt tamen de foro miſericordie. Vel dicit̃ ſm Alexan. de halis ꝙ immo ſũt de foro iſtius eccleſie militãtis quantũ ad ſolutionē ſue pene licet nõ quantũ ad alia. ¶ Datur tale exemplum Epus pictauieñ. excõmunicauit aliquē de ſua diocesi ꝓpter aliquod forefactũ. iſte ſic excõmunicatus vadit moratũ andegauis. iſte licet non amplius ſit de iuriſdictione epi pictauieñ. quantũ ad omnia. eſt tamen de iuriſdictione ſua et de ſuo foro quantũ ad abſolutionē ab excõmunicatione. qꝛ nõ poteſt abſolui ab epo andegaueñ. ſed ſolũ ab epo pictauieñ. dũ erat de ſuo foro. Similiter et exiſtentes in purgatorio dũ viuerent erãt de foro eccleſie. et dum viuerent in eoꝝ confeſſione virtute clauiũ eccleſie fuit cõmutata pena eterna in penã temporalē ad quã ſuſtinendã vel hic vel in purgatorio fuerũt obligati. qꝛ igitur virtute clauiũ eccleſie dum exiſterēt ſup terrã fuerũt obligati ad ſuſtinendũ illã penam vel hic vel in purgatorio. licet quo ad nũc nõ ſint de foro eccleſie quantũ ad omnia. tamen quãtũ ad abſolutionē ipius pene ſũt de foro eccleſie. et poſſunt ſolui de theſauro eccleſie qui eſt quõdamodo de foro eccl̃ie. Et ſi dicatur qꝛ poſſibile eſt ꝙ exiſtens in purgatorio non fuerit cõfeſſus ſed ſolũ contritus et ſic nõ fuit cõmutata pena eterna in temporalē virtute clauiũ. dicitur ꝙ verũ eſt formaliter ſiue de facto. ſed bene dicitur virtualiter ſiue in ꝓpoſito qꝛ nõ eſt vera cõtritio niſi habeat ꝓpoſitũ confitendi et abſoluendi virtute clauiũ. Et ſi dicatur qꝛ ſolus deus ꝯmutat penã eternã in temporalē. verũ eſt auctoritatiue ſed miſterialiter hoc facit ſacerdos virtute clauiũ. Vel pt̃ dici exiſtentes in purgatorio nõ ſũt de foro pape cõcedo. ergo non poteſt illis indulgentias facere. Verũ eſt p modũ auctoritatis. ſed bene per modũ ſuffragiĳ. Datur tale exemplũ. aliqui in regno anglie detinentur in carceribꝫ ꝓ mille ſcutis. rex francie nõ poteſt ſua auctoritate ipos liberare a carceribꝫ qꝛ non ſũt de ſua iuriſdictione et de ſuo foro. ſꝫ bene poteſt illis ſuffragari ſoluendo de theſauro ſuo dicta mille ſcuta. poteſt em̃ mittere regi anglie dicta mille ſcuta qui liberabit eos de carceribꝫ. Sic pp̃a ſi cõcedat̃ ꝙ nõ habeat iuriſdictionē ſup exiſtētes in purgatorio. tamen bene pt̃ ꝓ illis de merito paſſionis xp̄i et ſanctoꝝ ⁊ ſanctarũ ſoluere penã quã ſuſtinere debēt in purgatorio. Et ſi dicat̃ aliquis viuus exiſtēs in caritate pt̃ ſoluere de merito ſuo ꝓprio penam patris exiſtentis in purgatorio. g° pt̃ illi indulgentiã facere p modũ ſuffragiĳ. Negatur ſed bene ſequitur ꝙ poteſt illi ſuffragari ſed nõ ſequitur ergo poteſt illi indulgentiã facere p modũ ſuffragiĳ. ad hoc em̃ ꝙ ſuffragiũ dicatur indulgentia p modũ ſuffragiĳ requiritur ꝙ ſuffragiũ ſiue ſolutio pene fiat de theſauro cõmuni eccleſie p eũ qui ptãtem habet diſtribuendi dictũ theſaurum. talis autē viuus nõ cõmunicat theſaurum cõmunē ſed ſuum ꝓprium meritũ. ¶ Vnde notandũ ꝙ indulgentia accipitur tripliciter. Vno modo ꝓprie ꝓut indulgere eſt alicui offenſam in eũ cõmiſſam et penã remittere. et ſic eccleſia non dicitur indulgentias facere qꝛ ſolus deus remittit offenſam in ipm̃ cõmiſſam ſaltē auctoritatiue. Alio modo indulgere eſt ꝓ alio penam de ſuo ſoluere et hoc ꝓprie eſt ſoluere et non indulgere. Tercio modo indulgere eſt pro alio penã de theſauro eccleſie ſoluere. cõmutando penam maiorē in minorē et reſiduũ maioris pene ſoluendo de theſauro cõmunis eccleſie. et ſic vtitur eccleſia hoc nomine indulgentia. qꝛ indulgentia eſt ſolutio pene debite ꝓ peccatis de theſauro cõmuni eccleſie p eũ qui poteſtatē habet. Sed diceret aliquis ſi aliquis lucratus fuerit indulgentiã nũquid poterit illã cõmunicare ſuo patri vel matri. et ꝓbatur ꝙ ſic. qꝛ aliquis poteſt cõmunicare defunctis meritũ ſuoꝝ operũ. igitur et poterit eis cõmunicare indulgentiã quã lucratus eſt. Secundo ſic. bona ſpiritualia ſũt maioris cõmunicacõis ꝗ̃ bona tpalia. ſed quilibet libere cõditionis poteſt ſpĳs bonis temporalibꝫ nõ ſolũ acquiſitis. ſed etiã datis allenare indigentē. ergo multo fortius aliquis qui lucratus eſt indulgentiã poterit illã cõmunicare defunctis et facere illis indulgentiã. Ad primũ dicitur ꝙ licet poſſit quis alteri defuncto cõmunicare ſuũ meritũ. nõ tamen indulgentiam quã lucratus eſt. qꝛ licet eccleſia ſiue papa p indulgeñ de theſauro eccl̃ie ſoluerit debitũ alicuius lucrantis ipm̃. non tamen dedit poteſtatē ſoluendi debitũ ꝓ alio cõmunicandi meritũ ipius eccleſie. indulgentia autē ſit cõmunicando theſaurũ eccleſie p eum qui illam poteſtatē habet. Ad ſcd̃m dicitur ꝙ non eſt ſimile de cõmunicatione rerũ temporaliũ et theſauri eccleſie. quia qui libere poſſidet aliquid poteſt libere ipm̃ ꝯmunicare. qui autē eſt ſeruus non poteſt ſine auctoritate dñi ſui. et qꝛ bona tẽporalia libere poſſidere poſſumus. ideo libere poſſumus cõmunicare omnia bona noſtra. Bona autem noſtra ſpiritualia ſũt xp̄i ⁊ maxime meritũ paſſionis xp̄i eſt ipius xp̄i cui9 ſerui ſumus et mẽbra. et ideo nõ poſſumus cõmunicare dictũ theſaurũ ipſum in alterũ transferendo vel alteri dando. niſi auctoritas ſit data a xp̄o vel a papa. et quia papa nõ dedit poteſtatē lucranti indulgentiam cõmunicandi ipam. ideo a ſe ipo hoc facere nõ poteſt. ſi tamen cõtineatur hoc in bulla videlicet ꝙ faciens tale quid lucrabitur plenariã indulgentiã ſuoꝝ peccatoꝝ vel ille etiã ꝓ quo faciet talem indulgentiam. et ideo plenariã lucrabitur ſi forma bulle hoc cõtineat alias non. ¶ Notandũ ſm Thomã in. iiĳ. di. xx. ꝙ indulgentia valet quo ad forum eccleſie quo ad iudiciũ dei. et quo ad remiſſionē pene. cõfeſſionē et abſolutionē ſiue ſit iniũcta ſiue non racõne vnitatis corporis miſtici in qua multi ſanctoꝝ multa opera meritoria fecerunt vltra penas. ꝓ ſuis peccatis debitas. que merita dicũtur merita ſuperogacõis. quoꝝ meritoꝝ tanta eſt multitudo ꝙ omnē penam debitã nũc viuentibus excedũt. et pcipue meritũ xp̄i quod et ſi in ſacramentis operetur bene eius tamen efficacia ſua infinitate efficaciã ſacramẽtoꝝ excedit. et qꝛ vnus ꝓ alio ſatiſfacere poteſt potuerunt ipi ſancti ꝓ aliĳs ſatiſfacere. ipi tamen nõ fecerũt hec opera ꝓ iſto vel ꝓ illo determinate. ſed ꝓ tota eccleſia. ſicut apoſtolus dicit ſe implere ea que deſunt paſſioni xp̄i in corpore ſuo ꝓ eccl̃ia ad quã ſcribit. et ſic pdicta merita ſũt cõmunia toti eccl̃ie. ea autē que ſunt

cõmunia multitudini diſtribuũtur ſingulis de multitudine ſm arbitriũ ei⁹
qui multitudini preeſt. Unde ſicut aliquis cõſequeretur remiſſionem pene
et alius ꝓ ipo ſatiſfaceret. ita etiam conſequitur remiſſionem pene ſi ſatiſ-
factio alterius ſibi diſtribuatur p eum qui hoc poteſt. Cum igitur xp̄us et
ſancti et ſancte ſuis meritis ſuperogacõis ſufficiẽter ſatiſfacerẽt ꝓ penis
omniũ peccatorũ remitteretur ipis q̃ ſũt obligati ad penã. dicta pena ſi ſatiſfa-
ctio xp̄i vel ſanctorũ illis iuſta cã diſtribuatur ab eo qui poteſtatẽ habꝫ et
hoc eſt indulgẽ facere. ❡ Sed diceres nõ oportebit igitur vlterius orare
vel facere aliqua bona ꝓ ipis defunctis quibꝫ date ſũt indulgẽtie. negat
ꝙ faciẽs bona ꝓ ipis defunctis. meretur quo ad ſeipm et ꝓdeſt alijs de-
functis. Itẽ ꝙ defuncti ꝓ quibꝫ facit bona orant ꝓ ipo. Itẽ ꝙ inter cetera
pia opa orare et bona ꝓ defunctis facere maxime iuuãt facientes bona ꝓ
ipis. ſubuenit eñi illis deus cõiter in abũdantia vel ſufficientia bonorũ tpa-
liũ et in alijs quibuſcũqꝫ neceſſitatibꝫ ꝙ faciũt miſericordiã hijs q̃ ſubuẽ-
tione maxime indigent. quare et deus in ſuis neceſſitatibus illis ſubuenit.
necnõ ⁊ ſuis oracõibꝫ que deo ſunt placẽtes cõmuniter ab eo exaudiũtur
cũ in caritate deceſſerint. ❡ Ulterius quereres an ſi pater vel mater vel fra-
ter vel amicus alicuius ꝓ quo lucratus eſt aliqs indulgentiã fecerit aliqḋ
teſtamentũ et maxime de celebracõne aliquarũ miſſarũ. an heres teneatur
adimplere ſub pena peccati dictũ teſtamentũ. viſo ꝙ amplius nõ eſt pena.
R̃ndetur ꝙ ſic ꝓpter multas cauſas. Primo ꝙ ſi tradidiſſet ille ꝓ q̊ facta
eſt indulgentia ut adimpleret teſtamentũ et non ꝓ cõſtructione eccleſie.
vel ſm qḋ canit bulla. fuiſſet ꝓ hijs lucratus indulgẽ. Scḋa ꝙ deciperet
pauperes puta ſi iniũxit ꝙ maritẽtur alique filie vel ꝙ detur elemoſina vel
aliq̃d hmõi. ſimiliter in celebracõne miſſarũ. iuuentur dei ſeruitores ad vi-
ctum ſuũ. Itẽ hoc cedit ad honorẽ dei et cultus diuini et honorẽ eccĩe. et ſan-
ctorũ et ſanctarũ de quibꝫ dicũtur miſſe. necnõ honorẽ ⁊ memoriã paſſionis
cuius miſſa eſt cõmemoratio. Similiter cedit ad ꝓfectũ parentũ ſuorũ. tã
viuentiũ q̃ꝫ defunctorũ exiſtentiũ in purgatorio. necnõ ceterorũ defunctorũ
exiſtentiũ in purgatorio. ſil'r et oim exiſtentium de eccĩa qui ſũt in caritate.
Item forſitan decet adimplendo teſtamentũ facere aliquas reſtitutiones.
Item ꝙ licet defunctus cui data eſt indulgentia euolauerit ad paradiſum
tamen impletio teſtamenti valet illi ad premiũ accidentale. ꝙ quãto plu-
ra bona ꝓ ipo ſiũt tantomagis gaudebit. Si quis autem cõtendat papã
habere iudiciariã poteſtatẽ ſup eos qui ſunt in purgatorio nõ eſt multum
improbe reſiſtendũ. quicq̃d eñi loquũtur diſputãtes vel etiã p̃dicantes. hoc
eſt ſana fide tenendũ ꝙ dñs cõtulit vicario ſuo plenitudinẽ poteſtatis et
tantã vim et poteſtatẽ quãta dari debeat puro homini. et hoc ad edificatio-
nem corporis ſui ſcilicet eccleſie. Unde ſup hoc non debemus temere iudicare
ſed deo gratias plurimas debemus agere. Hec bonauẽtura. et ipm allegat
aſtexanus in ſuma. ❡ Nota ꝙ nemini licet iudicare vel etiã dubitando de
iudicio et poteſtate ſumi pontificis diſputare. Ait enim Nicolaus papa. ut
habetur. ix. q. iij. c. patet. Patet ꝓfecto ſedis aplice cuius auctoritate maius

non eſt iudiciũ a nemine fore retractandũ. nec cuiqꝫ de eius liceat iudicare
iudicio. et. xvij. q. iiij. c. nemini. De iudicio ſumi põtificis diſputare non licet
Et ibi ſic legitur. Cõmittũt etiã ſacrilegiũ qui cõtra legis diuine ſanctita-
tem aut neſciendo cõmittũt aut negligendo violant et offendũt. aut qui
de principali iudicio certant et diſputãt. Quicq̃d tamen ſit cõfitetur qui-
libet iſtorũ ꝙ papa habet poteſtatẽ faciendi indulgentias. ſiue hoc ſit p mo-
dum auctoritatis ſiue p modũ ſuffragij exiſtentibꝫ in purgatorio. et hoc ꝓ
nũc ſufficiat ꝙ certũ iſto modo eſt ꝙ ſi poſſet illas facere p modũ auctori-
tatis ꝙ bene poteſt facẽ p modũ ſuffragij. Et ſi q̊s diceret. Hij qui preſunt
collegijs habent claues ad ſoluendũ et ligandũ in vtroqꝫ foro. et habent
theſaurũ ſuperogationũ ſicuti p̃lati religionũ. g̊ poſſunt indulgentias facẽ.
Reſpondet bonauentura ꝙ ſub illo theſauro nõ ꝯtinetur meritũ xp̄i ex quo
indulgentie p̃cipue virtutẽ habent. Similiter non habent poteſtatẽ diſpen-
ſandi theſaurũ ꝙ non ſũt ſponſi eccleſie ſed cuſtodes.

❡ Sequitur reſolutio ſumme Anthonini archi-

epiſcopi florentini. ❡ Anthoninus in p̃ma pte ſum. ti. x. c. iij. circa primũ.
Poſſunt autẽ valẽ indulgẽtie ſm Tho. et Richar. in. i. ii. nõ ſolũ viuis ſed
etiã exiſtẽtibꝫ in purgatorio qñ ſcꝫ in forma indulgẽtie cõtinetur ꝙ ſi qui fa-
cit hoc vel illḋ ipe faciẽs vel alius ꝓ quo facit ꝯſequatr̃ tm̃ indulgẽtie. Sed
ſi in forma indulgẽ. ꝟ nõ ḋr ſꝫ ſimpl'r q̃ facit ſꝫ vel illḋ habet tm̃ indulgẽ.
tũc nõ p̃t extendi ad defunctos. quãtũcũqꝫ iſte q̃ facẽt id ꝓ quo datur in-
dulgẽtia intentionẽ ſuã dirigẽt ad defunctos. hec ille. ❡ Idẽ in tercia pte ſũ-
ti. xxiij. c. vj. Sciendũ eſt ergo ꝙ hij q̃ ſũt in purgatorio ad ſubueniendũ
eis p indulgẽtias ſm Aug. de anch. in li. de ptãte pape quãuis quãtũ ad me-
ritũ eſſentiale abſolutũ quo q̊s meretur vitã eternã opatione p radicẽ ca-
ritatis. nõ ſint in ſtatu merẽdi. tale eñi meritũ nõ depẽdet ab ope alterius ſꝫ
ab ope ꝓprio tamẽ quãtũ ad meritũ cõditionale quo q̊s meretur pene re-
miſſionẽ vel liberacõnis acceleratione dũmodo alij ꝓ eis faciãt illa q̃ inſti-
tuta ſũt ab eccĩa ad pene remiſſionẽ cõſequendã. illi qui ſũt in purgatorio
mereri poſſunt. cũ pẽdeat ab ope alterius et adhuc viatores ſint et de foro
pape. Unde p̃t eis de theſauro eccĩe p cõicationẽ indulgẽtie ſubueniri. qḋ nõ
ſic eſt intelligendũ ꝙ oĩs indulgentia data a papa valeat exiſtentibꝫ in
purgatorio faciente aliquo ꝓ ipo qui eſt in purgatorio illud qḋ continet
indulgentia fiendũ puta ieiuniũ vel elemoſinã vel viſitationẽ eccleſie. nõ
ſufficit intentio illa facientis ⁊ applicantis ad eũ qui eſt in purgatorio. ſed
requiritur intentio pape hoc applicantis p bullã ſcꝫ ꝙ qui facit tantã elemo-
ſinã vel vadit ad talem eccleſiã cõſequatur tantũ de indulgẽtia ipe vel ꝓ
quo fecerit viuus vel defunctis. ❡ Quãuis aliqui dicant indulgentias nõ
poſſe ad mortuos extẽdi. ꝙ xp̄us dicit quecũqꝫ ſolueritis ſup terrã ⁊c. illi
autẽ ſũt ſub terra nõ ſup terrã. Sed poteſt r̃nderi dupliciter. vno mõ ꝙ ly
ſup terrã referatur ad ſoluentẽ ut ſit ſenſus. quecũqꝫ tu exiſtens ſup terrã
ſolueris ⁊c. Non enim papa mortuus poteſt ligare et ſoluere ſed viuus.

Alio modo ſi referatur lr̄ ſup terrā ad abſolutos ſcȝ exiſtentes ſup terram
cū purgandi ſint intra uel circa terrā dici poſſunt ſup terrā qꝛ nō in celo. Et
ita determinauit beatus thomas in .iiij. ſcȝ ꝙ indulgentie poſſunt extēdi ad
eos qui ſūt in purgatorio modo dicto. Et ſi queratur vtrū papa poſſit per
cōmunicationē indulgentie totū purgatoriū expoliare. Aug⁹ de anco. vbi
ſup̄ rn̄det ꝑ diſtinctionē trimēbrem ꝛc̄. videlicet qꝛ aut hoc refertur ad ei⁹
abſolutā iuriſdictionē. aut quantū ad eius ordinatā executionē. aut quā-
tum ad diuinā acceptationē. ita ut ſi faceret ꝙ deus acceptaret. p̄mo modo
putat ꝙ poteſt expoliare purgatoriū quātū ad oēs illos q̄ ſubiciūtur iuriſ-
dictioni ſm̄ meritū cōditionale ut ſūt aliqui qui faciūt ꝓ illis de purgato
rio ea ꝓpter que ordinate ſūt indulgentie valere. Si qui ergo eſſent in pur
gatorio qui non recepiſſent ſacramentū baptiſmi. ut adulti recedentes cū
baptiſmo flaminis cū nō ſiut ꝓprie ſub iuriſdictione pape. et illi etiā qui nō
habentes amicos facientes ꝓ eis id ꝓ quo datur. indulgentia iſtis non
valeret. ¶ Quantū autē ad oēs alios poſſet papa purgatoriū expoliare.
qḋ ſic ꝓbatur. qꝛ p̄t papa oim illoꝝ penā tollere ꝑ ſatiſfactionē ꝛ cōmuni
cationē indulgentie. in quibꝫ poteſt vti clauibꝫ eccl̄ie. ſed papa p̄t vti clauibꝫ
eccl̄ie in omnibꝫ qui ſūt in purgatorio ſibi ſubiectis et ſilr̄ xp̄s dixit petro. tibi
dabo claues regni celo. Probat et hoc argumēto a fortiori ꝑ factū grego.
pape qui ꝑ ſuā orationē abſoluit traianū a pena inferni q̄ eſt infinita. ergo
multo fortius papa ꝑ cōmunicationē indulgētie p̄t abſoluere oēs qui ſunt
in purgatorio a pena illa que eſt finita. Qḋ etiam tenet ipe Aug⁹ de anch.
Pueris autē qui ſūt in lymbo nō p̄t papa cōmunicare indulgentias ut ſint
ꝑticipes earū ſm̄ Aug. de anch. Et ratio eſt qꝛ nō habuerūt ꝑſonalē indul-
gentiā in mūdo cū nō habuerūt vſū liberi arbitrij nec ſacramentalē. qꝛ ſine
baptiſmo mortui ſūt. ſȝ ſine gratia non poteſt quis eſſe ꝑticeps indulgentie
g̊ ꝛc̄. Et multo minus qui ſūt in inferno.

Konserw. i oprawę
wyk.: K. Łabuz
/1885/



XV. F.1059

XV. F.1059


XV. F.1059


63.

63.